Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift

hostias immolauit amico; finito autem statimque
commemorationis obsequio respiciens post tergum
uidit fossam in qua sancti corpus humare uolebant,
A ceptaque cruce et his quae exsequiis exhibentur intra
uerit domum uolentes thesaurum pretiosi corporis ad
locum sepulchri deducere; cumque arcam qua claude
bat cadauer feretro impositum ad fossam sepul
turae conarentur deferre nullis uiribus usquam potuit
commoueri. Quod nouum genus miraculi dum mutuis
mirando colloquiis retractarent iohannes episcopus
dixit; Inuentitate cognosco hanc sepulturam esse de
patri meo gallo non placere; et iussit prbo ut duos
equos inueniret indomitos et faceret introduci;
Quod cum factum esset straueruntque eos cum magno labore
et ad locum ubi corpus iacebat duxerunt; et episcopus cum
clero huiuscemodi orationem dedit. Ds qui pp
tenciam maiestatis tuae ubique totus es; p cuius amo
re uir iste reliquit patriam suam ut precepta
tua conseruaret fac corpus eius ab his equis in
domitis ferri in locum quem tua uoluntas meritis
ipsius praeuidit. Cumque finita esset oratio cuncti
qui aderant amen responderunt. XXVI

GREGORIUS uidet in hoc loco retrere mira
culum quod dns inter suum confessorem exequias ex
hibere dignatus est quo liquido cunctis ostenderet
seruum suum secum uerace tunc uiuere dum carnis